

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 5005

**Auteur(s)** : Philippe IV le Bel, France (roi)

**Bénéficiaire(s)** : Pont-de-l'Arche, Notre-Dame de Bonport (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1296, juin

**Lieu d'émission** : Paris

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Philippe IV le Bel vidime les lettres d'amortissement délivrées par le bailli de Rouen aux religieux de Bonport.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissé, 1862, n° CCCXLII, p. 355-359.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gracia, Francorum rex.

Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, nos vidisse litteras infrascriptas formam que sequitur continentes.

Omnibus hec visuris Reginaldus Barbou junior, ballivus Rothomagi, salutem. Noveritis quod cum viri religiosi abbas et conventus monasterii Boni Portus, Cisterciensis ordinis, nomine suo et monasterii sui predicti, a tempore ordinationis domini regis, acquisierint, tam gratuito titulo quam non gratuito, res immobiles, et redditus infrascriptos, videlicet apud Landemare : ab Alouino Letort, viginti tres denarios et obolum ; a Guilleberto Fromont, duos solidos sex denarios ; a Mannourri, quatuor solidos unum denarium ; a Ricardo de Montpoignan, milite, super molendinum Olementis, quatuor minas molture, valoris duodecim solidorum ; a Crasmoistel, duos denarios ; a Radulpho Mediatorio, novem denarios ; a Guillelmo dicto Clerico, sex solidos sex denarios. Item, apud Gauvray : a Petro Cousin, quinque solidos super foreriam Bubulacorum ; ab eodem, unam peciam prati extimatam ad quinque solidos ; ab eodem, quinque solidos redditus ; a relicta Guillelmi Havart, modicum terre valoris duodecim denarios ; a Guillelmo Bichel, quatuor solidos ; a Johanne Bonte, sexdecim denarios ; a Johanne Crasso, sex solidos undecim denarios. Item, apud Vallem Rodolii : a Nicholao Vanart, octo denarios ; a Nicholao Heudebert, decem octo denarios obolum ; a Rogero Droguet, sex denarios ; a Henrico Briens, decem octo denarios. Item, apud Pontem Arche : a Matildi La Couterresse, quatuor solidos et unum caponem ; ab Isabelli de Villaribus, quatuordecim solidos ; a Guillelmo de Vallaribus, undecim denarios ; ab Acelina Hamonis, terciam partem sagene des Dons, estimatam ad quatuor solidos. Item, apud Portum Gaudii : a Guillelmo Faiel, quinque solidos ; a Simone, presbitero de Harqueville, duodecim denarios ; a Ricardo filio Gualteri, octo denarios. Item, apud Leriicum : a Johanne Crasso, tres solidos ; a Petro Crasso, quatuor libras novem solidos ; a Rogero Prataro, quindecim solidos ; ab eodem, octo solidos super unam masuram ; a relicta Bolin, tantillum terre, estimatam ad tres solidos. Item, apud Colemare : a Guillelmo Ruffo et Guillelmo Brumen, octo acras terre, estimatas ad sexaginta tres solidos turonenses redditus. Item, apud Leriicum : a Stephano Sapiente, serjanteriam Patorium, estimatam ad sexaginta solidos

redditus ; a Guillelmo Anglico, tantillum vinee, valoris trium solidorum. Item, de Gaufrido Hauvart, quemdam ortum, valoris quadraginta solidorum. Item, apud Landemare : a Robino de Montpoignant, unum gordum per excambium, valoris triginta solidorum ; a Petro de Manequeville, milite, septem solidos. Item, apud Gaureium : a Matheo Trebil, duodecim solidos ; a Matheo Anglico, duas pecias terre, estimatas ad viginti quatuor solidos ; a Johanne de Valle, duos solidos. Item, apud Vallem Rodolii : a Nicholao Basin, decem solidos ; a Roberto Bouriot, duodecim solidos. Item, apud Pontem Arche : a Johanne Pomette, decem solidos. Item, apud Portum Gaudii : a relicta Baldoni Bassi, decem solidos ; a Sibilla de Rouville, decem solidos ; ab Henrico Voignart, decem solidos. Item, apud Leriicum : a Symone Scriptori, triginta novem solidos ; a Thoma Greco, quinque solidos ; a Guillelmo Randart, quatuor solidos ; a Roberto Gargate, quatuor solidos. Item, apud Fresneuse : a Johanne de Molendinis, duodecim denarios. Item, apud Escrouvilla : a Guilleberto Quantin, decem solidos super Poile Haste. Item, apud Poses : a Johanne Esmere, decem solidos. Item, apud Leriicum : ab Aelicia La Boignarde, tres solidos ; a Johanne Le Mansel, quinque solidos ; unum caponem super vineam Stephani Comititis. Item, apud Rothomagum : super totum tenementum a la Potiere, viginti solidos. Item, apud Ycarville : ab Amelina de Fraxinis, sex denarios. Item, apud Leriicum : a Richardo Leteut, decem solidos ; item, virgatam et dimidiam prati, valoris decem solidorum. Ibidem, super quemdam vineam, decem solidos. Item, apud Bosgouet : ab Adam de la Blaerie, milite, quinque solidos. Item, apud Vallem Rodolii et Leriicum : a magistro Hilario, quondam rectore ecclesie de Leriico, super Petrum Juliane, sexdecim solidos ; super Gaufridum Le Muet, septem solidos ; super heredes Pantoul, duos solidos. Item, super eosdem, septem solidos ; super heredes Michaelis Rose, quatuordecim solidos ; super Symonem Piquart, duos solidos ; super Galterum Le Cousturier, decem solidos ; super Johannem Malingres, sexdecim denarios ; super Guillelmum Huguët, tresdecim solidos ; super Roulant, quinque solidos ; super heredes Ricardi de Ruello, viginti solidos ; super Guillebertum Le Bouchier, quinque solidos ; super Robertum Voiquier, decem solidos ; super Robertum Juliene, octo denarios ; super Robertum Sapientem, tres solidos ; super Guillelmum et Gaufridum dictos Borous, sexdecim solidos ; super Henricum Galopin, quinque solidos sex denarios ; super Radulphum Morin, novem solidos sex denarios ; super Stephanum Comitem, tresdecim solidos ; super Thomam Le Cousturier, duodecim solidos ; super Nicholaum et Laurencium dictos Papeil, viginti solidos ; super Robertum Le Boulengier, quinque solidos ; super Gervasium Le Lievre, duos solidos ; super Amelinam La Vagesse, duodecim denarios ; super Colinum Buglart, quatuor solidos ; super Guillebertum Randart, quatuordecim solidos sex denarios ; super Gaufridum Auberi, quinque solidos, unam galinam ; super Stephanum Auberi, decem solidos ; super Simonem Morant, sex solidos sex denarios ; super Nicholaum Darsel, septem solidos sex denarios, unum caponem ; super Colinum Trifaut, novem solidos quatuor denarios, unum caponem ; super Johannem Coipel, quindecim solidos ; Gaufridum Grecum, triginta solidos ; super Gaufridum Auberi, triginta duos denarios ; super Guillelmum Le Porchier, sex solidos ; super Reginaldum Daoust, duos solidos sex denarios ; super Johannem Riqueut, octo solidos ; super Rogerum Sebille, quinque solidos ; super magistrum Rogerum de Valle Rodolii, duodecim denarios ; super Johannem Lescaude, octo solidos ; super Johannem Vinie, tres solidos ; super Johannem Boterel, tres solidos duos denarios, unum caponem ; super heredes Dant Nichole, sexaginta decem et octo solidos sex denarios. Item, apud Tournedos : super Robertum Rachinel, viginti sex denarios. Item, apud Portum Sancti Audoeni, ex dono Laurencii Camerarii, militis, quondam domum extimatam ad quadraginta solidos redditus. Item, in banleuca Rothomagi, ex dono Matildis, quondam uxoris predicti militis, quatuor libras et octo solidos. Que omnes res et redditus suprascripti valent per annum quinquaginta novem libras decem et octo solidos et octo denarios redditus, cujus summe tringinta sex libræ quindecim solidi et duo denarii sunt ex donis ipsis religiosis et eorum monasterio factis, et viginti tres libre tres solidi et sex denarii sunt ex emptionibus eorumdem. Predicti religiosi pro predictis rebus immobilibus et redditibus omnibus et singulis sibi et suis successoribus in predicto monasterio, ac ipsi monasterio perpetuo retinendis et remanendis, finaverunt nobiscum et cum magistro Reginaldo de Erchu, clerico, ad hoc ex parte domini regis specialiter deputato, ad ducentas quinquaginta octo libras decem et novem solidos turonenses, de quibus dominus rex eisdem religiosis centum et quinquaginta libras remisit et dedit de gracia speciali, et de residuo nobis, nomine domini regis, satisfecerunt in peccunia numerata. Et ideo ipsis religiosis et eorum monasterio, nomine predicti domini regis, et pro ipso concessimus quod ipsi et successores sui in predicto monasterio, res immobiles et redditus suprascriptos omnes et singulos, perpetuo teneant, habeant et possideant, pacifice et quiete, absque coactione aliqua vendendi, vel extra manum suam ponendi, salvo in aliis jure nostro et jure in omnibus alieno. In cujus rei testimonium et munimen, presentes litteras eisdem religiosis dedimus sigillo Rothomagensis ballivie sigillatas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, sabbato post Trinitatem Domini estivallem.

Nos autem financiam hujusmodi ratam et gratam habentes, volumus et concedimus quod prefati religiosi, et eorum successores, predictas res teneant et perpetuo possideant sub deveriis consuetis, absque coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo in justitia et aliis jure nostro et quolibet alieno. Quod ut firmum et stabile perseveret, presentibus litteris fecimus [nostrum] apponi sigillum.  
Actum Parisius, anno Domini millesimo ducesimo nonagesimo sexto, mense junii.